

la de *ecstasi* pertractans adiungenda  
est: quam vltimam MDCCCII cum  
b. parentis sui *physiologia conceptio-  
nis & natiuitatis Christi* iterum ty-  
pis imprimendam curauit. Porro  
quum partes muneris demandati  
fusciperet, publicas prælectiones &  
orationem auspicalem eleganti de  
*phoenice* dissertatione indicebat.  
Tribuuntur quoque eidem *tria col-  
loquia* de fulmine, quod templum  
Camburgense feriit, sub nomine  
IANI CASSII POSERNI publicata. Et  
tandem *exercitationes academicæ,*  
*æque selectiores,* quæ publico no-  
mine fuerunt perscriptæ, sub titulo  
*eloquentiæ academicæ* MDCCXVIII  
lucem adspexerunt; quæ doctri-  
nam, elegantemque dicendi facul-  
tatem commendant. Plura alia  
scripta edidisset, quorum fortasse  
gratia bibliothecam pereximiam si-  
bi comparauerat; sed mors præma-  
tura omnium laborum academico-  
rum

) : ( 3

rum